



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Derisio in proximum versa, quemadmodum diuersimodè fieri potest, ita  
diuersimodè damnanda est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

negligentias excuses à peccato mortali, quia paruæ sunt, in his præcipue qui habitualiter in animo gerat se potius velle mori, quā peccare mortaliter: Si enim contingit hos esse negligentes in huiusmodi cogitationibus delectabilibus, non est eorum negligentia ex affectu ad delectationē de illo malo opere quod cogitat. Nec detinentur à tali delectabili ut sit, sed magis ab aliqua passione concupiscentiæ, quæ sine tali delectabili detineret. Et, ut puto; niuquam aut rariissimè sic habituati, in antedictam negligentiam mortalem incident. Et hæc ita accipiuntur ad excusandū, ut non souseant ad negligendum.

*Deriso in proximum versa, quemadmodum diuersimodè fieri potest, ita diuersimodè damnanda est.*

**D**eriso seu irrisio quæ verbis aut cachinnis, subfannatio, quæ naso rugatu, illusio quæ factis fit, pro quanto quandam deipunctionem proximi importat, peccatum est: quia rationi recte aduersatur, ut ad hoc paruipendatur proximus, ut erubescat. Est autem quandoque veniale peccatum: ut quum iocose quis paruū aut de paruo deridetur, parua enim erubescientia quasi pro nulla reputatur. Et quandoque mortale: ut quum in iocum deducitur quis, quasi non sit tanti, ut debeat aestimari. Interuenit siquidem tunc maximus illius contemptus, & maior quā in contumeliam & detractionē: quia licet contumeliosus deprimat honorē, & detractor famam, neuter tamen ad tantum personæ contemptum peruenit ad quantum venit irrisor, pro fatuo aut nihilo habens & haberi volens eum quem irridet, ut erubescat comparere inter homines. Et hoc etiam peccatum graue valde, intellige etiam formaliter, hoc est quando sit ex intentione irridendi, quod est tantò grauius, quanto

de

112 Fama proxii.

de virtute maiore, aut persona maior deridetur: ut  
quum deridetur iusti simplicitas, aut persona in ex-  
emplum Ecclesie posita, &c. Quod si in Deum &  
sanctos fiat, & non est simplex irrelatio, sed blasphemia,  
ut paret ex supradictis.

*Desperatio est obiectum fidei: & per  
consequens damnabilis.*

**D**esperatio, qua quis desperat, seu non sperat con-  
sequi futuram beatitudinem, peccatum mortale  
est: quia est omissio actus necessarii ad salutem ater-  
nam, impossibile est enim sine spe operari ad tam ex-  
celsum præmium consequendum, sicut sine fide.

*Famam proximi qualitercumque de-  
migrans mortaliter peccat.*

**D**etractio qua quis famam absentis denigrat, pec-  
catum mortale est: quia contra magnum, proxi-  
mi bonum, famam scilicet, tendit formaliter sumpta,  
hoc est ex intentione lœdendi famam: siue fiat dicen-  
do verum, siue falsum, siue afferendo, siue referen-  
do, siue addendo, siue minuendo, siue interpretando,  
siue tacendo, & quotis alio modo. Si vero non for-  
maliter quis derrahat (hoc est non ex intentione lœ-  
dendi famam proximi, sed ex loquacitate, aut, &c.)  
non est peccatum mortale: quia non nisi materiali-  
ter detrahit: nisi adeo mortaliter inde lœdatur fama  
proximi, ut actus redeat in naturam suæ formæ, dum  
non curauit cauere à tanta proximi lœsione. Simili-  
ter peccati veniale est, si detractio sit formalis, sed in  
minimo: quia minimum quasi pro nihilo accipitur à  
gatione. Simile autem est iudicium de auditione de-  
tractoris, scilicet quod si ex complacetia infamiae pro-  
ximi audit, peccatum est mortale. Et si non malo ani-  
mo audit, vel peccatum non est: ut si necessitate, aut  
pietate